

IN LIBRUM DECIMUM

C. AUGUSTINI CURIONIS

E P I T O M E.

Venetorum cum Casarianis ad Aquæ Martinianæ pontem pugna. Hatrianis petentibus magistratus & naves, quibus se tuerentur, a Senatu concessæ. Pannonia regi pro pensionibus quomodo satisfactum. Variæ Casarianorum Verona eruptiones. Nicolai Ursini obitus. Captivorum cum Gallis permutatio. Varii belli inter Alonsum & Venetos, & item inter Venetos ac Casarianos circa Veronam eventus. Julius legatos Venetos ad se admittit & interdictum abrogat. Legati ad pacem cum Maximiliano conficiendam missi, re infecta revertuntur. Leges ad pecuniam colligendam latæ. Veronæ oppugnatio frustra tentata. Lex quæ sacerdotum propinquos in pontificiis causis Senatu excluderat, antiquata. Julii consiliorum ambiguitas. Senatus de imperatore eligendo consilia. Gallorum in reipublicæ fines irruptio. Nova Germanorum domus exadificata. Vicetia cum plerisque aliis oppidis a Gallis capitur. Gallorum in eos, qui se in concamerationem contulerant, immanitas. Casarianorum in Carnos irruptiones. Lemniacum a Gallis capitur. Rotomagensis Cardinalis obitus. Julii & Venetorum cum Helvetiis fœdus. Variæ Germanorum, Venetorum, & Gallorum excursiones, levioraque prælia. Phariorum seditio sedata. Classis Julio contra Genuenses missa. Laurentio Cereti arma ex comitii armamentario data. Cypri reginæ obitus. Gallici exercitus in Venetos progressus. Ferdinandus Hispania rex equum album tributi nomine ad Julium mittit. Franciscus Mantuanorum dux a Venetis dimittitur. Monsilice a Gallis capitur. Joannis Sfortiæ obitus. Julii cum Alfonso belli initium. Lucius Bononiensis reipublicæ exercitus imperator declaratur. Sex viri sale procurando ad quatuor redacti. Julii in Genuenses conatus irriti, & classis Centumcellas reditus. Pannonia rex Venetis bellum indicit, nec tamen infert. Julii in Alonsum edictum, ejusdemque in Gallia regem maledicta. Venetorum de Brixia capienda consilia. Veneti & Pontifex iterum classem Genuam mittunt. Mutina a Pontifice capitur. Helvetiorum in Gallici regni fines irruptio. Lex de magistratibus, qui rempublicam in Senatu procurant, lata.